CATALOGUS

LIBRORUM SAECULO XV° IMPRESSORUM.

CATALOGUS

LIBRORUM SAECULO XV° IMPRESSORUM,

QUOTQUOT IN

BIBLIOTHECA REGIA HAGANA

ASSERVANTUR.

EDIDIT

JOH. GUIL. HOLTROP,

BIBLIOTHECAE REGIAE HAGANAE PRAEFECTUS.

HAGAE-COMITUM,
MARTINUS NIJHOFF.
MDCCCLVI.



E TYPOGRAPHIA REGIA.

L. S.

In libris hoc Catalogo descriptis non multi quidem inveniuntur qui peregrè impressi sunt, at illorum contra qui ex prelis Belgicis prodierunt magna est copia. Ex levibus tamen incrementis sensim auctus ad hanc amplitudinem librorum numerus pervenit. Namque in Bibliotheca Principis Arausiaci, quae, quum anno 1798 Bibliotheca publica constitueretur, hujus primaria pars fuit, nonnulla tantum incunabula aderant. Initio enim exigua Bibliothecae Batavae concessa pecunia, ut rari magno pretio libri emerentur minime ferebat. Postquam vero Princeps Ludovicus Napoleon regnum adeptus esset et Bibliotheca Batava, mutato nomine Regia dicta, amplior pecunia libris emendis destinata est, quo factum ut librorum collectiones a privatis relictae totae possent acquiri, ex. gr. bibliothecae Viri amplissimi J. Romswinckel, Lugduni Batavorum, anno 1808 et Viri consultissimi J. Visser, Hagae-Comitum, anno 1810; quarum utraque, praecipue vero Visseriana, magnum librorum saeculo XV° impressorum numerum continebat. Neque domi tantum sed foris etiam rarioribus libris emendis magna interdum pecunia expensa est, cum venderentur bibliothecae locupletissimae, ex. gr. Virorum eruditissimorum G. J. de Servais, Mechliniae, anno 1808, C. De La Serna Santander, Parisiis, anno 1809, Heideggeriana, Tiguri, anno 1810; quo factum est ut Bibliotheca Regia insigni incu-

nabulorum numero augeretur. Subsecutae autem calamitates publicae, etiam post revindicatam, anno 1813, libertatem, hunc tulerunt effectum ut incunabula Belgicis tantum exemplaribus complerentur, prout ferebant facultates pecuniariae. Plures autem librorum et foris et domi auctiones Bibliothecae Regiae amplificandae subinde praebuere opportunitatem *). Insignis vero ei accessio contigit e bibliotheca Abbatiae Tongerloensis, anno 1828, e Bibliotheca quadam Trajectina ad Mosam, anno 1840 et e collectione librorum et manuscriptorum ex oppido Wesopo allata, anno 1847.

Anno autem 1828 et 1829 incunabulorum, quae tunc temporis in Bibliotheca Regia aderant, Catalogus fieri coepit, cujus prior pars continet libros qui intra Belgii fines typis excussi sunt, posterior foris editos. In illa parte exemplo servivit vulgo notus J. Visseri Nomenclator (*Naamlijst*) qui invenitur post Gockingae Excerpta e libro G. Meermanni de Originibus typographicis (Amstelod. 1767, in 4°.) etiamque additus est hujus libri versioni franco-gallicae, sub titulo: *De l'invention de l'imprimerie, ou analyse de deux ouvrages publiés sur cette matière, par M. Meerman. Paris*, 1809. *in* 8°, a Viro eruditissimo H. Jansen editae, ab eodem ducentis fere numeris auctus.

---

*) Praecipuae sunt Hultmanniana, Buscoducis, anno 1821; Collectio Lupi, Bruxellis, 1823; Meermanniana, Hagae-Comitum, 1824; Koningiana, Amstelodami, 1828; Trossiana, Hammone, annis 1829 seqq.; Klossiana, Francofurti a. M., 1831; Gerardiana, Bruxellis, 1832; Van de Veldiana, Gandavi, 1833; Alphiana, Delphis, 1833; van Lennepiana, Hagae-Com., 1835; van Leeuwiana, Lugd. Bat., 1835; Schnabeliana, Hammone, 1836; Wellensiana, Hagae-Com., 1837; Le Candèle de Gyseghem, Bruxellis, 1838; de Lange van Wijngaerden, Hagae-Com., 1845; van Smoldereniana, Antverpiae, 1855; Nouhuysiana, Amstelodami, 1856.

In his Catalogis, quemadmodum in isto Nomenclatore, primum locum occupant libri qui editionis annum certis numeris expressum continent, ordine chronologico continuati; sequuntur opera, quae anno editionis non indicato prodierunt.

Quum autem, post annum hujus saeculi 29, Bibliotheca Regia magno incunabulorum numero luculenter aucta fuit, operae pretium facere mihi visum sum, si novum Catalogum ederem, ita conditum et instructum, ut scientiae quousque hoc tempore progressa est, rationibus non esset inferior.

Hoc loco lubet officia commemorare, quae Vir, affinitate et munere conjunctissimus Campbell, qui Bibliothecarii secundi locum obtinet, cum in condendo tum in edendo hoc Catalogo mihi praestitit. Assiduus labor et graves saepe disquisitiones quas hujusmodi exigit opus, non facile dictu est quam leves mihi et jucundae factae sint, non tantum indefesso hujus Viri studio et amore, quibus munus ipsi mandatum complectitur, sed singulari etiam diligentia, qua persequi solet historiam typographiae per primum post inventam saeculum. Qua in re tantum nactus est usu exercitatum judicii acumen, ut quibusdam nondum cognitis aut incertis impressionibus suus cuique in librorum ordine locus, hujus acuminis ope potuerit adsignari. Quod quanti sit videant rei literariae studiosi; equidem Viro amicissimo me multum debere palam profiteor.

In hoc autem Catalogo componendo e supra memoratis Catalogis hanc servavi divisionem, qua libri in Belgio editi ab illis, qui foris impressi sunt, separantur. Illi enim continuum magis ordinem efficiunt et, si paucos excipias, minus quam reliqui vulgo noti sunt.

Admodum certe exiguus est eorum numerus, quorum accuratam descriptionem in universalibus suis Operibus dederunt doctissimi

Viri Visser, Panzer, De La Serna Santander, Brunet, Ebert, Dibdin et Hain; monographiae vero, quarum auctores sunt viri eruditissimi du Puy de Montbrun, van der Meersch, Serrure aliique, paucis tantum innotuerunt. His omnibus locupletius est ab Hainio editum „*Repertorium bibliographicum, in quo libri omnes, ab arte typographica inventa usque ad annum MD typis expressi, ordine alphabetico vel simpliciter enumerantur vel adcuratius recensentur. IV Partes. II Voll. Stuttgartiae et Lutetiis Parisiorum*, 1826—1838. *in* 8°."; quod vero dolendum est, incunabula Belgica in eorum numero sunt, qui fere „simpliciter enumerantur"; nec mirum, quoniam auctor nostrates bibliothecas non invisit et, antequam egregium sane opus absolvisset, vita decessit, quo factum est, ut in illo Repertorio frustra quaesiveris haec: „*Dormi securè* (*sermones*), *Farrago*, *Gemma vocabulorum*, *Gemmula vocabulorum*, *Maidstone* (*R.*), *Sensati sermones*, *Suso* (*Henr. de*), *Testamentum*, *Theramo* (*Jac. de*), *Vincentius Bellovacensis*, *Virgilius*, *Vocabularius*, *Vulgaria Terentii*".

Ut autem haec pars de qua nunc agitur, quoad fieri possit, omnibus numeris absolveretur, Vir excellentissimus, cui rerum internarum regni administratio mandata est, petenti mihi benevolè concessit, ut e bibliotheca Musei Meermanno-Westreeniani nonaginta quinque exemplaria, quibus Bibliotheca Regia caret, in hanc partem adsumerentur, qua venia id assecuti sumus, ut non minus quam 665 incunabula Belgica hoc Catalogo accurate potuerint describi.

Initium feci a monumentis xylographicis, cum quod admodum rara sunt et cognitu dignissima, tum quod operibus typographicis, i. e. mobilibus typis expressis, si accuratius rem exigas, non possunt adnumerari.

Ordinem vero, quem dicunt systhematicum, sequi non placuit,

quoniam in Bibliothecae Regiae Catalogo universali suus cuique libro locus datus est in eo genere, ad quod pertinere existimatur; sed, ratione habita historiae typographicae, praetuli, hac quidem in re, Panzeri *Annales* secutus, diversa ejusdem typographi opera, sive typographi nomen, cum impressionis loco et anno additum sit sive absit, ordine chronologico uno tenore persequi, deinde unumquemque typographum referre sub oppidi nomine, in quo arti suae operam dedit. In oppidis autem enumerandis hanc secutus sum rationem, ut quodcumque artis typographicae operibus prius inclaruisset, reliqua ordine antecederet.

Primum itaque locum obtinet urbs Harlemum, in qua urbe, testante Hadriano Junio, ars mobilibus typis libros imprimendi primum inventa esse traditur a Laurentio Costero Jani filio; quod testimonium novis argumentis adstruxit et vindicavit Vir eruditissimus et maxime venerandus A. de Vries, edito opere quod Franco-gallice, vertit Vir eruditissimus J. J. F. Noordziek, sub titulo: „*Eclaircissemens sur l'histoire de l'invention de l'imprimerie. La Haye*, 1843. *in* 8°." Quo libro cognito, Classis secunda Instituti Regii Belgici censuit „quaestionem de origine artis typographicae proprie sic dictae, in hoc opere summa diligentia ab integro expositam et, secundum novissimas hac de re disquisitiones, adeo luculenter esse solutam, ut nullus dubitationi locus relinqueretur" *).

Sub numeris 1—13 et porro 556—577 indicati sunt triginta quinque libri vel librorum fragmenta, absque typographi loci et anni indicio; in his duae editiones latinae Speculi humanae sal-

---

*) Conferantur: *Arguments des Allemands en faveur de leur prétention à l'invention de l'imprimerie*, *par A. de Vries; traduit du Hollandais par J. J. F. Noordziek. La Haye*, 1845. *in* 8°. et ibi *Préface de l'auteur*, *pag. XXIII.*

vationis, ejusdem libri una editio Belgica integra et alterius, etiam Belgicae editionis, fragmentum, quem librum Junius refert Harlemi typis impressum esse a L. Costero Jani filio, ante annum 1440.

Haec certè, ut mihi persuasum est, documenta sunt librorum qui ex prelis Hollandicis primi prodierunt. Typorum enim formae a reliquis diversae sunt omnibus, quibus saeculo XV° typographi usi sunt; quamvis hi typi non omnes sunt magnitudine pares, ejusdem tamen sunt formae similisque figurae, praecipue autem ab aliis distinguuntur literae t finalis specie singulari ( ), quae litera item invenitur in Speculo Belgico, qui liber, ut sermonis idiotismus indicat, in Hollandia impressus est. Hanc vero similitudinem non referunt Donati fragmenta sub n^is^. 11 et 574—576, neque etiam opusculum Ludovici de Roma, n°. 13, ut videre licet in ectypis, a Koning editis in Dissertatione de origine artis typographicae *), Tabula VI, et apud Wetter in ejus Historia critica §), Tabula XIII. 3. Nihilominus quum in locupletissima bibliotheca Enschediana exemplar servetur ejusdem editionis operis Ludovici de Roma, cujus exemplaris unum idemque folium initium continet alius operis, impressi aliis quidem typis, sed qui omnino pares sunt ceteris typis Hollandicis, haud dubium mihi esse videtur, libros illos omnes ab iisdem prodiisse prelis et quidem Laurentii Costeri Jani filii et eorum qui in urbe Harlemo ei successerunt.

Haec artis typographicae monumenta Harlemensia quo ordine ponenda sint, pro certo statuere detrectavi. Quod qui fecit, in Dissertatione supra laudata, J. Koning, merito reprehenditur ab

---

*) *J. Koning, Verhandeling over den oorsprong, enz. der boekdrukkunst. Haarlem*, 1816. *in* 8°.

§) *J. Wetter's Kritische Geschichte der Erfindung der Buchdruckerkunst durch Johann Gutenberg zu Mainz. Mainz*, 1836. *in* 8°.

erud: Noordziek *). Ad antiquissima tamen referenda esse mihi videntur Donati fragmenta, (n°. 1,) ut quae impressa sint typis celeberrimi Abecedarii, cujus ectypon invenitur post Meermanni *Origines*, Tabula prima; — Donati et Alexandri Galli Doctrinale iisdem quibus Speculum typis impressi (n^is. 2, 3, 557, 558 et 559); — diversae cum Latino tum Belgico sermone editiones Speculi humanae salvationis (n^is. 560—563). Ex his vero quatuor editionibus quae quamque impressionis tempore praecedat equidem non ausus sum statuere, quum hac de re dissentiant peritissimi Viri Meerman, Heineken, Koning, Young Ottley, Bernard §). Ad dubitationem augendam accedit quod Vir doctissimus A. de Vries, in Catalogo Bibliothecae publicae Harlemensis, (Harlemi, 1848, pag. 108 et 109) de Speculi editione Belgica, quae tempore expositionis publicae Harlemi, anno 1823, tamquam editio princeps indicata est, hanc tulit sententiam: „e quatuor editionibus ab eodem typographo in lucem proditis, haec ita dicta editio Belgica princeps, jure videtur pro antiquissima habenda esse, quia ceteris est vitiosior; attamen si ad tabularum impressionem defectivam adtendas, fortasse dubitaveris an ceteris tribus potius sit postponenda" †).

Post annum quidem 1439, quo L. Costerus mortuus est, sed procul dubio ante 1470, quum interea ars typographica Ultrajecti ad Rhenum a Nicolao Ketelaer et Gerardo de Leempt

*) Cf. *Eclaircissemens* supr. laud. *in praefatione*, *pag. XXII.*

§) *De l'origine et des débuts de l'imprimerie en Europe*, *par A. Bernard.* *Paris*, 1853, *in* 8°. 2 *voll.* c. tabb.

†) *Het meest gebrekkige drukwerk van die vier verschillende, door denzelfden drukker vervaardigde uitgaven van dit boek, deze zoogenaamde eerste Nederduitsche druk, schijnt dan voorzeker ook voor de eerste of oudste uitgaaf gehouden te moeten worden, tenzij men, uit hoofde van den minderen druk der prenten, het tegendeel waarschijnlijker en deze uitgaaf vóór later dan de drie overige mogt rekenen.*

exerceri coepisset, impressi sunt hi libri: Laur. Vallensis Facètiae morales (nº. 8), Homeri Iliados Epitome (nis. 10, 572, 573), Ludovici de Roma (Pontani) Singularia juris (nº. 13), Salicetus De salute corporis (nº. 572) et Donati (nis. 11, 574, 575, 576). Certe hi libri spatium explent inter annos 1440 et 1470 elapsum. Ceterum nulla, quod quidem sciam, nec publica bibliotheca nec privata tantam complectitur priorum Harlemensium incunabulorum collectionem, quanta in hoc Catalogo recensetur.

In describendis incunabulis Belgicis summam diligentiam adhibere studui, egregium secutus exemplum Repertorii supra laudati, a doctissimo Hain in publicum editi. Conjecturis autem nolui indulgere. In magna vero diversorum typorum copia, qui a variis profecti sunt typographis, singularis mihi contigit opportunitas multos libros, qui absque loci, temporis et typographi indicio editi sunt, discernendi, qua in re admodum me juvit diligenter instituta typorum comparatio, notantem qui minus qui magis usu essent attriti, vel ad tabularum xylographicarum fracturas et fissuras animum adtendentem. Tredecim tantum numero sunt libri quorum typographum non potui invenire, inde a nº. 548 ad nm. 555 et a nº. 647 ad nm. 651. Typi enim quibus impressi sunt, differunt ab omnibus aliis qui mihi quidem innotuerunt. In his duorum tamen locum quo prodierunt mihi contigit investigare. Bibliotheca enim Regia emtione nacta erat librum rarissimum, cujus titulus est: Vita Lydwine per Joh. Brugman. Schiedami, 1498. in 4º; vixdum hunc librum inspexeram, cum statim agnovi easdem typorum formas quibus impressus est liber: Jeeste van Julius Caesar (nº. 549); quum autem in hoc opusculo tabulae xylographicae inveniantur ab eodem artifice sculptae, quibus etiam ornatum est aliud: Komst van Keyser Frederyck te Trier (nº. 550), clarissime apparet utrumque opusculum im-

pressum esse in oppido Schiedamo. Quare numerus librorum in eo oppido, quamquam absque typographi nomine impressorum, ex duobus ad quatuor crevit.

Ceterum non addubitanda est horum origo Belgica incunabulorum: Muntplakkaat (Edictum monetale) (n°. 552). Die wech der sielen salicheyt (n°. 554) et Jan van Mandaville 's Reysen int heilighe lant (n°. 651). Postremo loco memoratus liber idem subscriptum habet adagium: „Laus Deo in altissimo", ac priores libri Gerardi Leeu, Goudae impressi, anno 1477; typorum vero formae valde differunt, quare illum librum eidem typographo non ausus sum adscribere.

In Belgio etiam impressi mihi videntur: J. Gerson Alphabetum divini amoris (n°. 548), Sixti, Papae IV, Litterae indulgentiarum (n°. 551), et Donati Fragmentum (n°. 647).

Dionysii vero Carthusiensis Mariae et peccatoris dialogus (n°. 648) et Guidonis de Monte Rotherii Manipulus curatorum (n°. 649) ejusmodi typis impressi sunt, quales in nullis extra Belgium officinis typographicis in usu fuisse credo. Hos libros quondam possedit doctissimus bibliographus Kloss, qui priorem librum putabat impressum esse Lovanii a Johanne Veldener, circa annum 1474, alterum autem censebat „editionem Belgicam circa annum 1472".

Opusculum sub n°. 650 descriptum: Anthonius de Haneron De epistolis brevibus edendis, valde antiquis et peculiaribus impressum est typorum formis Gothicis, quibus additi sunt literarum majuscularum typi Romani. Hujusmodi literarum formas nusquam alibi reperi; ceterum impressio admodum vitiosa est. Quare hoc opusculum Belgicis incunabulis adnumerarem, hac adductus sum ratione, quod ejus auctor professor fuit Lovanii, tum quod in Bibliotheca Guelferbytana opusculum adest ejusdem auctoris, pariter

quartae formae, cujus charta eodem distinguitur signo, quod non invenitur nisi in libris a Ketelaer et de Leempt editis Ultrajecti. Extremo opusculo haec addita sunt verba. „Finitum per manus Wilhelmi Hees, anno LXXV". Ulteriore hoc comparatione persequi mihi non liquit. Forsitan liber impressus est Lovanii a fratribus vitae communis, quos ibi officinam typographicam habuisse constat ante Johannis de Westfalia adventum; testante Historia Lovaniensii a Molano relicta manuscripta; cujus historiae testimonium affertur ab eruditissimo et maxime venerando Viro Delprat in Dissertatione de Societate Gerardi Groote *).

In urbium autem ordine superiore quam par est loco posui Antverpiam, in errorem inductus libro cujus titulus est: Petri Hispani Thesaurus pauperum, cujus extrema sunt haec verba: „Exaratus Antverpiae per me Theodoricum Martini, Anno domini 1476, die 22 Maii". (in folio). Hujus libri exemplar servatur Ultrajecti in Bibliotheca Academica; ejusdem aliud praesto fuit in bibliotheca Santanderiana, in ejus catalogo memoratum sub n°. 2174. Hac editione fretus doctissimus hic bibliographus in opere: *Dictionnaire bibliographique*, *Tom. I*, *pp.* 347 *et* 349, affirmat artem typographiae jam anno 1476 Antverpiae usu venisse, dicens Theodoricum Martini ibi impressisse libros annis 1476, 1493 et 1494. Mirum est Viro eruditissimo non in mentem venisse quam parum sit veri simile hunc typographum, si jam anno 1476 Antverpiae librum edidisset, per septemdecim annorum spatium quievisse, neque librorum impressionem ibi continuasse ante annum 1493, praesertim quum appareat librum impressum esse typis admodum diversis ab iis, quibus Theodoricus Martini anno 1476

---

*) *G. H. M. Delprat*, *Verhandeling over de broederschap van G. Groote enz. 2de druk. Arnhem* 1856. *in* 8°. *blz.* 174.

uti soleret. Postquam Vir doctissimus, qui Bibliothecae Academicae Ultrajecti praeëst, benevole librum mihi commodavit inspiciendum, et mihi et vero harum rerum sagacissimo Campbell haud dubium esse videtur, quin hujus libri impressio longe posterioris sit temporis, eumque unum esse ex his, qui a Theodorico intra annos 1490—1500 sunt editi. Forsitan inter imprimendum, quod temerè fieri potest, posteriores typi fuerint turbati et, cum restituerentur, forma 9 inversa sit et post 7 posita. Hoc ita factum esse comprobatum est collecto, ab amicissimo Viro doctore W. F. Schey, exemplari in bibliotheca Leodiensi servato, quod Ultrajectino omnibus numeris par est, praeterquam quod in fine, pro anno 1476, legitur 1497.

Hac in re mirum est quam adversa Antverpiae fuerit fortuna. Postquam enim editio libri „Tondalus visioen. Antwerpen, bi M. van der Goes. 1472. in 4°." fidem fecisset artem typographiae eo anno Antverpiae exerceri coepisse, nunc constat, idque La Serna Santander ipse confitetur, in laudata subscriptione vitium latere typographicum et pro MCCCCLXXII legendum esse MCCCCLXXXII. Deinde supra memoratus liber „Thesaurus pauperum" causam praebuit, quare pro certo statueretur, anno saltem 1476 Antverpiae artis typographicae officinam exstitisse, quod iterum falsum esse apparuit; unde efficitur Mathiam van der Goes primum fuisse Antverpiae typographum; quamobrem in hoc Catalago Antverpiam oppido Hasseleto postponi oportuit.

In altera parte, libros continenti extra Belgium impressos, quorum major numerus admodum notus est, satis esse duxi si singulorum titulos breviter et accurate referrem, aliorum indicans bibliographorum opera, in quibus plenius descripti essent. Si quos nullibi memoratos inveni, eorum titulos eadem diligentia descripsi ac Belgicorum.

Rationes addere potuerim quare suum cuique locum libris decreverim vel quibus inductus sim ut hac in re ab aliis differrem bibliographis, si quem forte alii typographo attribuerint; vel titulis adspergere notas de librorum auctoribus vel typographis. Hoc vero ab hujus Catalogi proposito prorsus alienum esse duxi.

Ceterum sperare mihi liceat fore ut hic Catalogus cùm historiae artis typographicae studiosis, saltem quantum Belgium attinet, haud spernenda quaedam afferat auxilia, tum etiam nonnullos corrigat errores. Praeterea inservire poterit ad libros quosdam, qui in bibliothecis vel publicis vel privatis servantur, incerto et typographi nomine et editionis anno discernendos, eisque in Belgicorum ordine incunabulorum suum cuique locum indicandum.

In his libris describendis saepius animadverti quanti sit bonas habere icones (ectypa). Nulla enim descriptio, quamvis accurata, claram exprimit typorum imaginem. Paucorum vero librorum icones huic Catalogo insertas fuisse parum juverit, omnium autem, quotquot typis differunt, si addidissem, nimio hic Catalogus pretio constitisset. Neque etiam, si accuratius rem propositam exigas, ad catalogi naturam pertinet iconibus illustrari. Quod si fecit Dibdin, Catalogum edens Viri nobilissimi Spenceri, eo factum est quod ille vir ditissimus tali operi ornando, majorem quam mihi suppetebat pecuniam potuit impendere.

Sperari tamen licet omnium typorum, quibus typographi Belgici, saeculo XV°, usi sunt, collectas editum iri icones. Hanc enim editionem Martinus Nijhoff, hac in urbe bibliopola, suscipere non recusavit et rei peritissimus lithographus E. Spanier jam nonnulla talium iconum specimina adumbravit, arte prorsus singulari.

Ceterum, hoc Catalogo edendo, haud existimavi me protulisse opus omnibus numeris absolutum. Hujus rei jam nunc fidem facit

emendationum series, quam operi ipse addidi. Si quos alii errores inveniant et mihi indicare velint gratum facient. Ut ut est, hoc mihi concedatur profiteri hunc librum fructum esse studii, quod perpetuo mihi summopere cordi fuit, per plures quam viginti annos continuati.

Incunabulorum collectionem, quae cum ad Bibliothecam Regiam accederem, jam erat insignis augere studui quantum concessa pecunia patiebatur, id semper cavens ne aliis libris, quos usus postulabat, emendis pecunia subtraheretur. Neque infelici hoc egi successu. Namque id nunc assecutus sum ut quicunque velit, luculentam cognoscere possit quam Bibliotheca Regia continet copiam eorum librorum, qui manuscriptis sunt proximi. Hi cum testes sunt quousque artes et literae medio aevo progressae fuerint, tum etiam monumenta habentur quae originem artis typographicae et progressum indicant, simulque ostendunt qui primi fuerint typographi, quibusque in terris et locis primum arti illi operam dederint, quodque in sua arte quisque praestiterit; quam ob rem libri illi, a rei literariae studiosis avide perquisiti, magno pretio comparantur et quare non facile futurum esse videtur ut in splendidissimis magnarum bibliothecarum ornamentis unquam desinant censeri.

ADDENDA.

Ex quo Catalogus hic impressus est, varii libri, saeculo XV in Belgio editi, ad Bibliothecam Regiam accesserunt, quorum tituli sequuntur, et qui ita, suo loco in Catalogum inserendi sunt:

Pag. 31. N°. 74ª. Petri de Crescentiis Liber ruralium commodorum. Lovanii, Joh. de Westfalia. s. a. (c. 1480.) 196 foll. char. goth. 2 coll. 41 linn. c. s. in exter. marg. s. c. & pp. nn. in F°.

Fol. 1 *vacat. F.* 2ª (1) (*c. sign. a* 2): Jn nomine sancte 7 indiuiduc tri // nitatis Amen. // *F.* 2ª (2) *lin.* 14: Jncipit liber ruralium cōmodo- // rum a Petro de crescentiis ciue Bo // noniensi ad honorē dei oīpotentis // 7 serenissimi regis Kraoli (*sic*) ɔpilatus. // *F.* 196ª (2): Presens opus ruralium cōmodo // rum Petri de crescētiis hoc industri // oso caracterisandi stilo ad cuncto2ꝝ // utilitatem omnipotentis dei suffra- // gio nouissime impressum ē. in domo // Johannis de westfalia. Alma ac flo // rentissima in vniuersitate Louaniēsi // *F.* 196ᵇ *vacat.*

Pag. 37. N°. 88ª. Antonii de Butrio, Bononiensis, Speculum de confessione. *Acc.* Speculum aureum animae peccatricis, a quodam carthusiensi (Dionysio de Leewis), editum. — Tractatus artis bene moriendi. — Hugonis (de S. Caro) Speculum ecclesiae. — Speculum sacerdotum. — Petri, Helenensis episcopi, Breve in ecclesiae speculum epigramma. — Speculum humanae vitae, editum a Roderico Zamorensi. — Speculum conversionis peccatorum Dionysii de Leewis, alias Rikel. Lovanii, Joh. de Westfalia. s. a. (c. 1483.) 168 foll. char. goth. 2 coll. 41 linn. c. s. s. c. & pp. nn. in F°.

Fol. 1 *vacat. F.* 2ª (1) (*c. sign. a* 2): Speculum de confessione. // *F.* 27ᵇ (2): Circa presens oppsculum (*sic*). Speculū // de confessione nuncupatum. quod cō // positum fuit per dominuȝ Anthoniū // de Butrio Bononiensē vtriusq3 iuris // doctorem excellentissimū Frater amā // tissime (&c.) *F.* 27ᵇ (2) *lin.* 14: sitoris. Et hoc opus accuratissime cū // omni diligentia effigiatū. Jmpressum // est p me Johānem de westfalia. // *F.* 28 *vacat. F.* 29ª (1)

(*c. sign. e*): Opusculū qd' speculū aureū aīe pec // catricis inscribit~. incipit feliciter. // *F.* 44a (2) *lin.* 8: Speculum aureum anime peccatri- // cis. a quodaʒ cartusiense editum. Finit feliciter. Jmpressum per me Joannem // de westfalia. // *F.* 44b *vacat. F.* 45a (1) (*c. sign. g*): Jncipit tractatus artis bñ morien // di perutilis. // *F.* 54b (2) *in calce:* Artis bñ moriendi cunctis peruti- // lissime felix finis. // *F.* 55a (1) (*c. sign. h*): Domini Hugonis primi cardinal' // ordinis predicatoꝝ tractatus aman- // tissimus qui speculum ecclesie inscribi // tur. Jncipit feliciter. // *F.* 62a (2) *lin.* 13: Finit speculum ecclesie. // Jncipit speculū sacerdotū volentiū // celebrare missam. // *F.* 62b (2) *lin.* 20: Domini Petri helenensis episcopi // breue sed iocundissimū in eccl'ie specu // lum epigrāma. // *F.* 63a (1) (*c. sign. i*): Ad sanctissimum ⁊ beatissimū do- // minum. dominū Paulum secundum. // pontificem maximū. liber incipit dic- // tus speculū humane uite (Quia in eo // &c. *F.* 63a (1) *lin.* 9: ta) editus a Rodorico zamorensi et // postea Galagaritano hispano eius- // dem sanctitatis in castro suo Sancti // angeli castellano. // *F.* 108 *vacat. F.* 149a (1) (*c. sign. u*) *lin.* 8: De materiis pertractandis in pri- // mo libro. ⁊ de tabula capituloꝝ eiꝰ. // *F.* 151b (2) *lin.* 15: Finis. // Jncipit Repertorium siue Tabula // per alphabetum ad faciliter reperien // das materias in presenti libro ꝗ dici // tur Speculum humane uite. // *F.* 153b (2): Humane uite speculum (opus pro // fecto excellentissimum in quo dupli- // cis hominum status. temporalis scili // cet ⁊ ecclesiastici dulcia ⁊ amara. pro // spera ⁊ aduersa luce clariꝰ enarrant~) // emendatis aliorum uiciis in hoc uo- // lumen ad quoruncunq3 eruditionem // multa cum diligentia redactum. dili- // gentiis pariter ⁊ expēsis magistri Jo // hannis de westfalia. viri quidē ī im // pressoria arte non parū industrii flo // rida in uniuersitate Louaniensi cla- // rissimorum impressione caracteꝝ ad // cunctipotentis laudē finitum est. Be // nedicti in seculorum secula. AMEN // *F.* 154 *vacat. F.* 155a (1) (*c. sign. x*): **Speculum conuersionis pctōrum // magistri Dionisii de leuwis alias ri // kel ordinis cartusieñ. //** *F.* 168b (1) *lin.* 11: **deus sublimis ⁊ bñdictus. Amen. // Speculū cōuersionis pctōrum edi // tū a venerabili patre ⁊ dño / domino // Dyonisio Rikel alias de leuwis ordi // nis cartusieñ. professore (ꝗ sanctimo // nia vite lr̄aturaq3 velut sidus emicuit. // vt in hoc opusculo / veꝝ ⁊ in ceteris ꝗ̃3 // optimis voluminibꝰ fere īnumeris pa // tet) feliciter explicit. Jmpressuʒ Loua // nii ꝑ me Johānem de westfalia. // Tabula articuloꝝ p̄cedētis opus- // culi qd' dicit~ speculū conuersionis pec // catorum sequit~. //** *F.* 168b (2) *lin.* 22: Articulus. XI. //

Pag. 76. N°. 196ª. **Roberti Gaguini De intemeratae Virginis conceptu, adversus Vincentium de Castronovo decertatio** (*metricè*). S. l., t. n. & a. (Antverpiae, Gerardus Leeu. c. 1490.) 12 foll. char. goth. 24 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. in 4°.

Fol. 1ª: Roberti Gaguiui (*sic*) doctoris preclarissimi // de intemerate virginis conceptu aduersus // Vincentium quendam de certacio (*sic*). // *F.* 1ᵇ *lin. ult.*: lesimo q̃dringentesimo octuagesimo octauo. // *F.* 2ª: ( ) Ic anim9 tulerat. scp̄tis no p̄dē mētē // &c. *F.* 12ª (*subscriptio*): De mūdissima Virginis marie cōceptio // ne aduersus Vincentiū de Castro nouo de- // certatio Finit feliciter // *F.* 12ᵇ (*icon xylogr.*).

Pag. 118. N°. 303ª. **Dominici Mancini De passione Domini nostri Jesu Christi liber.** Daventriae, Rich. Paffraed. s. a. (c. 1492.) 20 foll. char. goth. 31 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. in 4°.

Fol. 1ª: Quē iuuat: horrēdos Chrī meminisse dolores // Paucis: hunc paruo comparet ęre sibi // *F.* 1ᵇ *vacat.* *F.* 2ª (*c. sign. A ij*): Dominici Mancini de passione domini // nostri Jesu Christi Liber incipit. // Propositio // *F.* 20ᵇ *lin.* 10: Et rege cum: tristis exitus: eius erit // ¶ Finis // Exaratum Dauentrie p Richardum Paffraed // Quod magis recognitum ceteris iampridē impressis: //

Pag. 145. N°. 386ª. **Baptistae Mantuani In Robertum Severinatem panegyricum carmen.** S. l., t. n. & a. (Daventriae, Jac. de Breda. c. 1497.) 16 foll. char. goth. 30 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. in 4°.

Fol. 1ª (*titulus*): Baptiste mantuani va // tis excellētissimi in pre // coniū Roberti Seuerinatis panęgyricū Carmē // Cui quoddā pulcerrimū Epigrāma Henrici be // belij ad adolescētes scholasticos adheret (&c.) (*seq. icon xyl.*) *F.* 1ᵇ *vacat.* *F.* 2ª (*c. sign. a ij*): ¶ Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę theo // logi (&c.) *F.* 15ᵇ *lin.* 19: ¶ Finis. // ¶ Explicit panęgyrus in Robertū Seuerinatē. // ¶ Carmen Henrici bebelij de Justingē ad iuuenes // vt tempore iuuētutis discant. // *F.* 16ᵇ *lin.* 7: ¶ Finis. //

Pag. 147. N°. 392ª. **Maphei Vegii Vita divi Antonii** (*metricè*). *Acc.* **Sanderi (Alexandri) Hegii Dialogus de nativitate Christi.** Daventriae, Jac. de Breda. s. a. (c. 1498.) 18 foll. char. goth. 28 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. in 4°.

Fol. 1ª (*titulus*): Vita diui Antonii ad san // ctissimū dn̄m Eugeniū papā quartū. p Maphe // um vegium laudensem. Jncipit vna cū

dialogo // quodā de natiuitate christi a magistro Sandero // hegio scholę Dauentriensis olim rectore compo- // sito ac ędito. // (*seq. icon xyl.*) *F.* 1b *vacat.* *F.* 2a (*c. sign. a ij*): Vita diui Antonii ad san // ctissimū dñm Eugeniū papā quartū. p Maphe // um vegium laudensem. Jncipit // *F.* 11b *lin. ult.*: ¶ Et sic est finis // *F.* 12a: Magistri Sanderi hegij dialogus de natiui // tate christi Jncipit fęliciter. // *F.* 17b *lin.* 15: potest.·. // ¶ Jmpressum Dauentrię per me // Jacobum de Breda. // *F.* 18 *vacat.*

Pag. 148. No. 396a. Cato moralissimus cum elegantissimo commento (Roberti de Euremodio). Daventriae, Jacobus de Breda. 1499. d. 16 m. Decembris. 36 foll. char. goth. maj. & min. linn. l. c s. s. c. & pp. nn. in 4o.

Fol. 1a (*titulus*): Cato moralissimus cū ele // gantissimo cōmento // *F.* 1b: ¶ Jncipit liber de doctrina Catonis ampliatus // per sermones rhetoricos 7 morales. per fratrem // Robertum de Euremodio monachum Clare- // uallis. // *F.* 2a (*c. sign. A ij*): ¶ Jn hoc Catonis viri moralissimi prologo decē // decalogi pcepta ponūtur. (&c.) *F.* 35b *lin.* 15: ¶ Hic finem aspice Catonis viri moralissimi et // in via morum sane grauissimi (&c.) *F.* 35b *lin.* 21: ¶ Jmpressum Dauentrie Jn domo angulari // platee que dicitur die polstrate. iuxta scholas p // me Jacobum de Breda. // Anno dñi. M. CCCC. // xcix. xvi. mensis Decembris. // *F.* 36 *vacat.*

Pag. 148. No. 398a. Pandulphi Collenuoii Apologus, cui titulus: Agenoria. S. l., t. n. & a. (Daventriae, Jac. de Breda. c. 1499.) 12 foll. char. goth. 35 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. in 4o.

Fol. 1a (*titulus*): Ad illustrissimum principē // Herculem Estensem Ferra // rieñ Ducem inclytū Pandulphi Collenucij Pi- // saurensis iurisconsulti Apologus Cui titul9 Age // noria. Et est pulcherrim9 7 iocūdissimus tractat9 // de pigris 7 industriosis hominibus. // Argumentum // &c. *F.* 1b *vacat.* *F.* 2a (*c. sign. A ij*): ¶ Ad illustrissimū pncipē Herculē estēsez // &c. *F.* 11b *lin.* 14: Tempus adest: rerūq3 nouus nūc ptitur ordo. // Et sic est finis. // *F.* 12 *vacat.*

Pag. 148. No. 398b. Joh. Sulpitii, Verulani, De moribus puerorum carmen juvenile. S. l., t. n. & a. (Daventriae, Jac. de Breda. c. 1499.) 4 foll. char. goth. 18 linn. l. s. s. c. & pp. nn. in 4o.

Fol. 1a (*titulus*): Joannes Sulpitii veru // lani de moribus puerorū //

Carmen Jauenile. // *F.* 1b: ¶ Joānes Sulpitij Verulani de mori- // bus puero℞. Carmen Juuenile // *F.* 4b *lin.* 16: Dicito: sed tolles ordine queq3 suo // ¶ Finis. //

Pag. 155. N°. 412a. **Sixti, Papae IV, Litterae indulgentiarum anni 1480. Folium pergam., char. goth. 28 linn. l. S. l. & t. n. (Goudae, Gerardus Leeu.) 1480. in plano.**

Lin. 1: LVCAS dei 7 apl'ice sedis grā Eps Sibenicen̄ Referēdari9 Sāctissimi ī xp̄o prīs 7 dn̄i nr̄i dn̄i Sixti diuina pui // dēcia pape Quarti (&c.) *lin.* 19: ne cōmuniri Datū (*in Rotterdam*) Traiecten̄ diocesis Anno a natiuitate dn̄i Millesimoquadringētesimooctuagesimo // Die vero (*decima nona*) Mensis (*May*) Pontificat9 p̄ fati Sanctissimi d. n. Sixti Anno nono // *lin.* 28: cesseris plenariā remessionē (*sic*) 7 indulgen̄ tibi eadē aūcte in mortis articulo cōferēdā reserno Jn noīe prīs 7ce. //

Pag. 172. N°. 457a. **Baghijnken van Parijs (*metricè*). S. l., t. n. & a. (Delphis, H. Eckert v. Hombergh. c. 1490.) 14 foll. char. goth. 19 & 20 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. in 8°.**

Fol 1a (*titulus*): Baghyken (*sic*) van // parys // (*seq. icon xylogr.*) *F.* 1b: (T) E parijs was een maget ionc // Die ihesum had wtuercoren // Alle wes haer herte begheerde // Quam haer alte mael te vorē // &c. *F.* 14a *lin.* 19: Nv maect ons god van sonden quijt // AMEN // *F.* 14b (*icon xylogr.*).

Pag. 187. N°. 493a. **Pauli Pellantini Carmen lyricum de nativitate domini nostri Jesu Christi. S. l., t. n. & a. (Swollae, Petrus de Os. c. 1488.) 4 foll. char. goth. 22 & 20 linn. l. s. s. c. & pp. nn. in 4°.**

Fol. 1a (*titulus*): Carmen lyricū de natiuitate domini nostri ie- // su christi. // (*seq. icon xylogr.*) *F.* 1b: Jesu christi genethliacon. ad īcunabula // ei9dē p̱ Paulū pellantinū decantatū // *F.* 4b: Cōstringi numer9 certis. pedibusq3 sonoris // Materies diuina fugit: grauitasq3 sacro℞ // Liberiore petit calamo deducier: ergo // Quā merui penā non puri carminis autor. //

Pag. 214. N°. 547a. **Litterae indulgentiarum, anni 1500. Folium pergam., char. goth. 17 linn. l. S. l. & t. n. (Extra muros**

oppidi Schoonhoviensis, Canonici regulares Monasterii S. Michaelis.) 1500. in plano, cum sigillo capituli Windeshemensis.

Lin. 1: F Rater *Nicolaus* humilis Prior domus beate Marie Jn Windesem Ceteriq3 diffinitores Capituli // *lin.* 16: bernacula introdnci (*sic*) Datum sub Sigillo nostro ad causas Anno dñi Millesimo Quingentesimo // Sedente Caplo nostro generali Jn Windesem //

Pag. 214. *Post numerum* 547ª:

SCIEDAMUM.

N°. 547ᵇ. Johannis Brugman Vita Lydwinae de Schiedam. Sciedammis, s. t. n. 1498. 124 foll. char. goth. 28 linn. l. c. s. s. c. & pp. nn. c. figg. xyl. in 4°.

Fol. 1ª (*titulus*): *Icones* 2 *xylogr. cum inscriptionibus*: Vita. // Lijdwi // ne // brugmā //. Schiedam. // Jn Hollandia // *F.* 1ᵇ: (*icon xylogr.*) ¶ Prologus in vitam alme virginis. Lijdwine. // Et hec est translatio tercia per venerabilem patrem // fratrem Johānem Brugman. Anno. domini. M°. // CCCC°. Lvi°. pro tūc conuētus fratrū mino2ꝝ apud andomarum (*sic*) lectore cōposita. Jncipit feliciter. // *F.* 2ª: P Reclara sunt preconia ve // &c. *F.* 9ª (*c. sign. b i*): (*icon xylogr.*) ¶ Ca.ᵐ pᵐ. de ipi9 origīe 7 ɔuersatōeī (*sic*) pueriļib9 ānis // *F.* 122b *lin.* 19: ¶ Deo gracias pro translatione tercia quā abor // tiuo et indigno catulo suo dedit Amen // ¶ Et sic finitur legēda alme ꝟginis lijdwīe a fratre // iohāne brugmā ānꝫ dñi M°. cccc°. lvi°. pro tūc cōuēt9 // &c. *F.* 123ª *lin. ult.*: AMEN // *F.* 123ᵇ: ¶ Hoc opus dei fauēte grā expletuʒ sciedāmis. Anno // M°. CCCC°. xcviij°. Ad indiuidue trinitatis honorē // necnō alme ꝟginis Lijdwīe sciedāmite ꝑcipue impssū // &c. *F.* 124ª (*lin. ult. inter* 2 *icones xylogr.*): ¶ Ex Schiedā. Ad Sanctā Annam. // *F.* 124ᵇ. ¶ Vita alme virginis lijdwine. de Schiedam. // (*seqq. duae icones xylogr.; inferior, cum inscriptione*: Schiedam. // Jn Hollandia // *insignia urbis Sciedamensis continet.*)

Hoc loco etiam inserendi sunt libri sub numeris 549 *et* 550 *descripti. Conferantur de his, quae dixi in praefatione, pagina* x.

EMENDANDA ET CORRIGENDA.

> A force de se relire, on se relit mal, ou plutôt on ne se relit plus, on se récite à soi-même, la mémoire va plus vite que les yeux et ne leur laisse pas le temps de faire leur office: on sait ce qu'on a écrit, et, au lieu de regarder ce qui est imprimé, on voit de confiance ce qui devrait être. C'est une sorte de mirage.
>
> (GUIZOT, *Ménandre.*)

Pag. 7. N°. 11. lin. 2. edit. 26 linn. *lege:* edit. 24 linn.
» 7. » 14. lin. 1. comincs *lege:* conincs.
» 8—10. *in fine titulorum sub* n^{is}. 16—21 *addatur:* c. figg. xylogr.
» 16. N°. 41. *Libri hoc loco descripti aliud exemplar conferre mihi contigit; et e collatione compertum habui exemplo nostro deësse folium primum et ultimum, quae vacant. Titulus noster ergo sic corrigendus:*
lin. 3. 204 foll. *l.* 206 foll.
» 5. *Fol.* 1^a *l. Fol.* 1 *vacat. Fol.* 2^a: Eusebii &c.
» 7. *F.* 17^a *l. F.* 18^a.
» 9. *F.* 204^b *l. F.* 206^b.
» 19. » 49. » 18. deo gratias .·. // *add. F.* 310^b *vacat.*
» 21. » 52. » 1. (Joh. de Voragine) *l.* (Jac. de Voragine).
» 22. » 54. » 11. *F.* 22 *l. F.* 22^b.
» 43. » 104. » 2. 296 foll. *l.* 298 foll.
» 13. tue. // *add. F.* 297 & 298 *vacant.*
» 45. » 110. » 8. *F.* 89 *l.* 89^b.
» » » 111. » 1. de tempore. *add.* et de sanctis.
» 48. » 117. » 8. *F.* 103 *l. F.* 103^b.
» 59. » 148. » 1. (Ger. Vliederhoven) *l.* (Gèr. a Vliederhoven).
» 60. » 152. » 1. preparandi *l.* praeparandi.
» 62. » 160. » 3. quaestiones naturales philosophorum. *add.* (auctore Adelardo Bathoniensi?).

Pag. 81. N°. 210. lin. 2. Blaesensis *l.* Blesensis.
» 83. » 215. » 2. Antwerpiae *l.* Antverpiae.
» 89. » 231. » 1. sqq. *Hic titulus, secundum exemplar, nuper acquisitum, sic legendus:*

Die alderexcellenste cronyke van Brabant. Antwerpen, Rolant vanden Dorp. 1497. laetste dach van Februarius. 210 foll. char. goth. 2 coll. 40 linn. c. s. s. c. & pp. nn. c. litt. init., figg. xylogr. et tabb. genealogicis. in F°.

Fol. 1ª *titulus:* Die . alder . Excellēste // Cronyke . vā Brabāt // *F.* 1ᵇ *vacat. F.* 2ª (1): ¶ Hier beghint die tafele vanden // eersten deele der Coronijcken van- // den lande van Brabant. // *F.* 2ᵇ (2): ¶ Hier beghint die Cronike van // Brabant (&c.) *F.* 3ᵇ: ¶ Hier beghint den yersten boeck oft dat yerste deel vander Croniken van // &c. *F.* 45ᵇ (1) *in medio:* ¶ Hier eyndet dat yerste boeck vand' // Croniken van Brabant // *F.* 46 (*vacans?*) *deëst. F.* 47ª (1): ¶ Dit is die tafel vandē tweesten boec // ke oft deele (&c.) *F.* 48ᵇ (2) *in medio:* ¶ Hier eÿdet die tafel vādē twedē deel // deser cronijken. // *F.* 49ª: (*icon xylogr.*) ¶ Hier beghint dat tweeste oft ander deel vanden Cronikē vā Brabāt. te weten // &c. *F.* 209ᵇ (1) *in fine:* hem die vlaemsce bussen binnen ant // werpen. // *F.* 210ª (1) *in medio:* Deo gratias // ¶ Hier sal eynde nemen die Cronijke // van Brabant: (&c.) *F.* 210ª (2) *in medio:* ¶ Hier is voleÿdt dese Cronike eñ ge- // prent bi my Rolant vāden Dorp: wo- // nēde Thantwerpē in die huyuetters // strate. bi onser vronwē (*sic*) broeders. // Anno. M. cccc. xcvij. opdē laetstē dach // van Februarius. oft Loumaent. // ¶ Eenen Pater noster eñ Aue maria // om gods wille voir die ghene die dit ÿ // gadert eñ gheprent hebben // *F.* 210ᵇ (*figg. duae xylogr. quarum ult. insigne typogr.*).

Pag. 90. lin. 1. die groote *lege* in die groote.
» 93. ad nᵘᵐ. 238. *In Bibliotheca Musei Meermanno-Westreeniani exstat hujus operis exemplar, cui folium* 467 *in duplo adligatum est, et ubi subcriptio sic legitur:*

Presens hoc speculū cōscīe qd' gnotosoli // &c. *lin.* 17: sollert' elaboratū ₂ bruxelle opido brabācie est // fītū felicit' Anno dñi M° 476 ₂ 25 ₂ mēs' Maij // &c.

» 113. N°. 289. lin. 1. Antonii *add.* (*metricè*).
» 115. » 295. » 3. Gruythoven) *l.* Gruytrode).

Pag. 127. N°. 330. lin. 1. Profectus religiosorum. *add.* (auctore S. Bonaventura).

» 129. ad n^{um}. 385. *Post hanc catalogi partem impressam Bibliothecae nostrae exemplar integrum a viro liberalissimo Prospero Cuypers dono datum est.*

» 130. N°. 343.
» 131. » 346.
» 141. » 378.
» 178. » 473.
} Bartholomaei Coloniensis. *add.* (Decimatoris s. Zehender).

» 143. » 383. lin. 1. Theodori *lege:* Theodorici.

» 154. » 411. » 1. (Johannis de Cessolis) *l.* (Jacobi de Cessolis).

» 157. ad n^{um}. 418. *In exemplari Westreeniano fol.* 211^{b} *lin.* 26 *sic legitur:* multis (*sic*) xp̄i fidelibus, *pro* cunctis.

» 161. N°. 428. lin. 2. Jacobz. *l.* Jacobsz.

» 167. » 442.
» 171. » 455.
} (Joh. Brugman) *l.* (Joh. Gerlacus?)

» 201. » 520. lin. 5. *Fol.* 1^{a} *l.* *Fol.* 1.

» 209. » 538. *Exemplar defectivum cui foll.* 8 *priora, prologos, tabulam et scuta typographi continentia, desunt.*

» 221. D. lin. 2.
» » E. » 1.
» » F. » 2.
} S. l., t. n. &. a *l.* S. l., impressoris n. & a.

» 228. N°. 578. *Exemplum libri hic descripti non est integrum, sicut apparuit ex alio exemplo mihi postea oblato. Titulus hic idcirco sic corrigendus:*
lin. 5. *Fol.* 1 *vacans, deëst. F.* 2^{a} Scolastica &c.
» 8. *F.* 61 *deëst. l. F.* 62 et 69 *desunt.*
» 8. *F.* 141^{b} *l. F.* 143^{b}.

» 229. » 3. *F.* 142 *l. F.* 144.

» 237. » 602. » 3. Homberch *l.* Hombergh

» » » 603. » 1. Littterae *l.* Litterae

» 247. » 630. » 2. juxta ordinem *add.* alphabeti.

» 278. post lineam 33. *inserendum:*
Gerlacus (Johannes) *vid.* Leven van Liedwy.

Pag. 288. lin. 15. (auct. J. Brugmanno). *l.* (auct. Joh. Gerlaco?).
» 333. N°. 74. lin. 4. *in fine add.* in 4°.
» 355. » 209. lin. 3. Sletstatz *lege:* Sletstat.
» 371. » 301. et 302. Petri Hispani *l.* Petri Alfonsi Hispani.
» 374. » 317. lin. 1. Aureum *anteponenda verba:* (Dionysii de Leewis, alias Rikel?).
» 387. » 375. » 2. (Augustae Vindelicorum *l.* (Augustae Vindelicorum).
» 395. » 420. » 1. Michaelis (Carchano) *l.* Michaelis (de Carchano)
» 400. » 448. » 3. Alexandri *l.* Alexander.
5. de Salo *add.:* (*sic*)
» 409. » 496. » 1. Colliget *l.* cum Colliget.
» 416. » 533. » 1. Ammoniii *l.* Ammonii.
» 417. » 538. » 3. (Venetiis, c. 1485/90.) *l.* (Venetiis, Thomas Alexandrinus de Blavis. c 1484).
5. *in fine add.* Hain 3249 (in fine).
» 432. » 627. » 4. 142 foll. *l.* 146 foll.
6. Hain 1058. *l.* Hain 10458.
» 438. » 655. » 1. Papinii Statii *l.* Publii Papinii Statii.
» 445. » 689. » 2. disciplinam. *add.* (collectore Aegidio Aurifabro).
» 450. » 718. » 1. terminorum. *add.* (auct. Barth. Facio).
» 455. » 739. » 1. Johannis *l.* Dominici.
» » » 742. » 1. Roberti de Licio *l.* Roberti (Caraccioli) de Licio.
» 460. » 767. » 1. Savanarola *l.* Savonarola.
» 461. » 774. » 1. Guillermi *l.* Guilielmi.
» 464. » » » 6. *in fine add.* Hain 10215.



ELENCHUS LIBRORUM QUI IN HOC CATALOGO PASSIM CITANTUR.

(Joan Bapt. Audiffredi) Catalogus historico-criticus Romanarum Editionum Saeculi XV. Romae, 1783. in 4°. (*Cum supplemento.*)

(Placidi Braun) Notitia historico-litteraria de libris ab artis typographicae inventione usque ad annum MD. impressis: in bibliotheca liberi ac imperialis Monasterii ad SS. Udalricum et Afram Augustae extantibus. Augustae Vindelicorum, 1788—89. in 4°. 2 voll. c. tabb.

J. C. Brunet. Manuel du libraire et de l'amateur de livres. 4[e] Edition. Paris, 1842—44. in 8°. 5 voll.

G. de Bure, fils aîné. Catalogue des livres de la bibliothèque de feu M. le Duc de La Vallière. Paris, 1783. in 8°. 3 voll. avec fac-similé.

Catalogue des livres de la bibliothèque de M. P. M. Bolongaro-Crevenna. Amsterdam, 1789. in 8°. 5 voll.

Catalogue des livres de la bibliothèque de M. C. De La Serna Santander, rédigé et mis en ordre par lui-même. Bruxelles, 1803. in 8°. (*Cum supplemento.*) 5 voll.

Catalogue of the library of Dr. Kloss. London, 1835. in 8°. with fac-similes.

Catalogus bibliothecae publicae Daventriensis. Daventriae, 1832. in 8°.

(Collectio exhibens ectypa lithographica variarum editionum Donatorum, quorum originalia documenta olim possidebat Georgius Kloss, Med. Doctor et Professor Moenofrancfortensis, qui illa edi curavit et Bibliothecae Regiae Haganae exemplar dono obtulit.) in F°.

Th. Fr. Dibdin. The bibliographical Decameron; or ten days pleasant discourse upon illuminated manuscripts, and subjects connected with early engravings, typography and bibliography. London, 1817. in 8°. 3 voll. (*c. figg.*).

TH. FR. DIBDIN. Bibliotheca Spenceriana or a descriptive Catalogue of the books printed in the Fifteenth Century &c. in the library of George John Earl Spencer. London, 1814—15. in 8°. 4 voll. (*c. figg. Cum supplementis, sub titulis:*)

— Aedes Althorpianae. London, 1822. in 8°. 2 voll. (*c. tabb.*)

— A descriptive Catalogue of the books printed in the Fifteenth Century, lately forming part of the library of the Duke di Cassano Serra &c. London, 1823. in 8°. (*c. figg.*)

F. A. EBERT. Allgemeines bibliographisches Lexikon. Leipzig, 1821—30. in 4°. 2 voll.

LUD. HAIN. Repertorium bibliographicum, in quo libri omnes, ab arte typographica inventa usque ad annum MD. typis expressi, ordine alphabetico vel simpliciter enumerantur vel adcuratius recensentur. Stuttgartiae & Lutetiae Parisiorum, 1826—38. in 8°. 2 voll.

(C. A. DE HEINEKEN.) Idée générale d'une collection complette d'estampes. Avec une Dissertation sur l'origine de la Gravure & sur les premiers Livres d'Images. Leipsic et Vienne. 1771. in 8°. (*c.* 32 *tabb.*).

JAC. KONING. Verhandeling over den oorsprong, de uitvinding, verbetering en volmaking der boekdrukkunst. Door de Hollandsche Maatschappij der Wetenschappen te Haarlem, — bekroond. Haarlem, 1816. in 8°. (*c. tabb.*).

FR. XAV. LAIRE. Index librorum ab inventa typographia ad ann. 1500 chronologice dispositus, cum notis. Senonis, 1791. in 8°. 2 voll.

GER. MEERMAN. Origines typographicae. Hagae Comitum, 1765. in 4°. 2 voll. (*c. tabb.*).

W. YOUNG OTTLEY. An inquiry into the origin and early history of engraving upon copper and in wood. London, 1816. in 4°. 2 voll. (*c. tabb.*).

G. W. PANZER's Annalen der ältern deutschen Litteratur oder Anzeige und Beschreibung derjenigen Bücher welche von Erfindung der Buchdruckkunst bis 1520 in deutscher Sprache gedruckt worden sind. Nürnberg, 1788. in 4°. u. Zusätze. Leipzig. 1802. in 4°. 2 voll.

G. W. PANZER. Annales typographici ab artis inventae origine ad annum 1536. Norimbergae, 1793—1803. in 4°. 11 voll.

(JOS. VAN PRAET.) Catalogue des livres imprimés sur vélin de la Bibliothèque du Roi. (*c. supplemento*). Paris, 1822—28. in 8°. 6 voll.

— Catalogue de livres imprimés sur vélin, qui se trouvent dans des bibliothèques tant publiques que particulières, pour servir de suite au Catalogue des livres imprimés sur vélin de la Bibliothèque du Roi. (*c. supplemento*). Paris, 1824—28. in 8°. 4 voll.

ANT. AUG. RENOUARD. Annales de l'imprimerie des Alde, ou historie des trois Manuce et de leurs éditions. 2e Edition. Paris, 1825. in 8°. 3 voll. (*c. tabb.*).

DE LA SERNA SANTANDER. Dictionnaire bibliographique choisi du quinzième siècle. Bruxelles, 1805—1807. in 8°. 3 voll.

J. WETTER's Kritische Geschichte der Erfindung der Buchdruckerkunst durch Johann Gutenberg zu Mainz. Mainz, 1836. in 8°. Mit 13 Tafeln.

ABBREVIATIONES.



Acc.	Accedit *s.* accedunt.
c.	circa.
char. goth.	charactere gothico.
char. s. goth.	charactere semi-gothico.
char. gr.	charactere graeco.
char. rom.	charactere romano.
c. s.	cum signaturis.
c. figg. xylogr.	cum figuris xylographicis.
cum margin. / cum marginal.	cum marginalibus.
d.	dies *vel* die.
Fol.	Folium *vel* Folia.
Fol. 1[a].	Folio 1 rectò.
Fol. 1[b].	Folio 1 versò.
insign. typogr.	insignia typographi.
litt. maj. et min.	litteris majoribus et minoribus.
linn. l.	lineis longis.
m.	mensis.
perg.	pergamenum.
s.	sive.
s. a.	sine anno.
s. c.	sine custodibus.
s. l., t. n. & a.	sine loco, typographi nomine et anno.
s. pp. n.	sine paginarum numeris.
s. s.	sine signaturis.
scut. typogr.	scutum *vel* scuta typographi.
xyl.	xylographicum.
2 coll.	duobus columnis.



PARS PRIMA.

LIBRI IN BELGIO IMPRESSI.

EDITIONES XYLOGRAPHICAE.

A. Biblia pauperum sive Figurae typicae veteris atque antitypicae novi Testamenti. S. l. n. t. & a. 20 folia conglutinata, 38 figuras continentia. in F°.

Exemplar pulcherrimum, sed cui folia *s* et *t* primi alphabeti desunt. An primae secundaeve sit editionis non liquet, quum tabulae, litteris *n. o. r. s.* secundi alphabeti notatae, non sint puncto utrimque stipatae, quod secundum Heineken (Idée gén. d'une collection d'estampes) indicium foret has tabulas primae esse editionis; cum in caeteris tabulis adsunt varietates, quas ille nisi in exemplis secundae editionis invenisse affirmat.

B. Historia S. Johannis Euangelistae ejusque visiones apocalypticae. S. l. n. t. & a. 46 foll., non conglutinata, 46 figuras continentia. in F°.

Exemplar optime conservatum, sed foliis 2 et 7 mutilum; imagines variis sunt pictae coloribus. Videtur esse secunda editio. Cf. Heineken. l. l.

C. Donatus de octo partibus orationis. in 4°.

Lamella pergamena editionis tabellaris, 28 linearum, in quadam Hollandiae officina impressae.

LIBRI TYPIS MOBILIBUS IMPRESSI.

HARLEMUM.

N°. 1. Aelius Donatus De octo partibus orationis. in 4°.

Fragmenta hujus opusculi foliis duobus pergamenis, editionis anopistographae, 31 linearum, characteribus impressae iisdem, quibus usus est typographus Hollandus libelli, *Abecedarium* nuncupati et in bibliotheca Enschediana Harlemi adservati. Cf. Meermanni Origines typogr., Tab. 1.

N°. 2. Donati fragmentum. in 4°.

Folium pergamenum, editionis 28 linearum ejusdem, quae, in Tabula VIª Operis Meermanni laud., tertia Harlemensis editio nuncupatur.

